

deducere, & exhibere, ita singulariter Decius conf. 306. num. 6. vers. & cum de facili probari possit. Alciat. d. ref. ponf. 492. n. 34. vers. & dicitur collusisse, & est text. in d. l. si servus plurium s. si quis ante, ff. de legat. 1. ibi, vel minus plene defendit causam, &c. Molin. ubi proxime n. 9. & a consequente quando fuit contumax, l. quia repudians s. fin. ff. de officio testam. l. per lusorio, s. quoties, ff. de appell. & lideo ff. de evulsionib. l. praeset, C. de transacionib. ultra supra dictos in specie Peregr. de fideicommiss. d. art. 53. n. 47.

337 Idem etiam erit, ubi appellationem omisit in casu, qui illam permittebat, vel etiam interpositam deseruit, Alexan. in d. S. divi, n. 9. ad fin. vers. non obstat, quod sententia. Ripa n. 62. Loza, n. 113. vers. 9. & ult. Crotus n. 29. vers. secundo fallit. Mol. ubi proxime n. 10. declarat optime Pinel. supra sub n. 5. limit. 3. vers. & haec eorum declaratio, ubi late comprobat Ant. Gomez. in l. 50. Taur. n. 32.

338 Ac pariter quando sententia fuit lata adversus administratores hujusmodi, primum locum habentes ob aliquod particulare factum proprium ipsorum, & dependens a voluntate propria, tunc sententia adversus eos lata non praedictabit successoribus, vel iis quibus alias si recta lata fuisset, praedictum generasset ex propria vi, & natura ipsius. Exemplum in renuntiatione, super qua fundatur sententia, non in alio jure litigantis, nam tunc non parit exceptionem rei judicate alteri agenti ex diversa causa, a qua jus suum provenit, juxta Leum queritur 21. & seqq. ff. de exceptione rei jud. Paril. consil. 5. n. 37. l. 1. probatur ex verbis Bal. in l. 2. n. 5. C. quibus res jud. non nocet, n. 8. Pinellus ubi sup. sub n. 50. post. in lim. 2. vers. limito 2. ut haec concl. allegat text. quem dicit notabilem in l. 1. s. si quis sub conditione, ff. ut legatorum seu fideic. nom. cavea. Peregrin. de fide d. art. 53. n. 6. faciunt quae Alexan. in l. saepe num. cum praecedentibus & sequentibus, & ff. de re jud. Felin. in cap. penult. de re jud. n. 14. vers. ubi sententia. dum dicunt, in hoc requiri, ut nihil omittatur in causa: nec succumbens aliquid voluntarie concesserit victori, ut caeteris praedictum generetur.

339 Et loquendo de sententia lata ex consensu partium, aut conventionem litigantium, aut ubi jura producenda, & alleganda non fuerint producta, ut non praedictet successoribus, & quomodolibet, & ex quibus etiam praesumptive & ex fama probetur collusio, latissime profertur Mieres de major. 4. part. quest. 15. a prin. quae incipit a n. 91. qui quidem post plurimos alios n. 102. & 103. tractat, quando sententia lata fuit cum procuratore, mortuo iam domino, & possessore majoratus, qui mandatum dederat, an praedictet successoribus, & numeris seqq. quando lata fuit contra possessorem majoratus a iudice, qui in veritate iudex non erat, & quid quando a iudice recusato per possessorem, postquam ipse a recusatone desistit.

342 Et inde aequè subsequitur, ac est dicendum, quod sententia lata & obienta, eaque decisa per juramentum delatum victo condemnato, non praedictet caeteris. Ita Ianocen. Antonius de Bu. Panorm. quos citat Felin. in d. cap. penult. de re jud. d. num. 14. & num. 15. Peregr. de fidei. d. art. 53. num. 62. exactissime plura hinc inde adducens Pinell. in d. l. 1. part. 3. sub n. 5. vers. unde videtur dicendum, quod sententia, ubi extendit etiam juramentum fit iis decisivum, ex Felin. ubi sup. allegat

343 in contrarium gloss. in l. ingenium, ff. de statu hominum. Et tandem cum supra dictis veriorum sententiam & opinionem hanc dicit, aliis contrarium tenentibus relatis; suam fundamentis late comprobans ex eo, & quod haec non est legitima probatio, quae fit per juramentum, quem omnino vide.

344 Et tandem dicendum est, quod si executoriales fuerint obtentae virtute confessionis factae in causa ab administratore legitimo, & eo, qui de ea re primum

partes occupat, ut quia confessus sit aliquam qualitatem praedictalem, vel ad Ecclesiam, seu dignitatem aut Universitatem, non pertinere, tunc adversus Ecclesiam, & successores exequi non poterunt, quia non praedictant, quia confessio haec non egreditur personam confitentis, in tertio praedictum, Bart. & Imol. in l. facta s. si heres, ff. ad Trebell. Alex. in l. saepe n. 126. & 127. Ant. de But. in cap. cum super, & Ab. in cap. penult. de re, ubi Felin. n. 16. sequitur Peregr. de fideicom. a 53. num. 61. & optime plura applicans fundamenta, & auctoritates doctissimi Pinell. in l. 3. part. 3. sub n. 5. ante finem. Cod. de bonis maternis. Tu tamen per distinctio confessionis voluntariae, aut necessariae casus, vide eodem, Felin. Alex. Peregr. omnino, & hunc articulum latissime profertur optime declaratis Mieres, post plurimos alios, in tract. de major. 4. part. quest. 14. a n. 35. cum multis seqq. in noviori impressione, ubi num. 36. & seqq. quod quando antecessor in majoratu constituitur, se non jure percipere a vassallis aliqua iura, & mandata successoribus, ut ea non exigat a vassallis, an teneatur tali praescripto, & declarationi stare successoribus si non est ejus haeres; qui quidem num. 52. cum seqq. hoc quod de sententia lata super confessione possessoris majoratus, ut non praedictet, diximus, mirabiliter declarat ut procedat quando ex sola confessione sequuta est sententia, secus autem si cum confessione concurrerit aliae verisimiles probationes, ex quibus iudices moveri possent ad sic sententiandum, & dicit ad propositum notabile consilium Bal. inter virum & uxorem lib. 1. & aliis applicatis doctrinis; & hanc opinionem ex multis corroborat Tiraq. in l. si unquam, verbo donatione largitus n. 100. cum seqq. C. de revocac. donacionib. & infinitos penè Doctores congerit in proposito Mieres ibi, qui quidem d. quest. 14. n. 55. tractat post alios, quod sententia lata ex confessione litigantis super nobilitate, non praedictet filiis, & successoribus.

348 Ex quibus omnibus rectè deduces, executorem non excedere, dirigens executoriales adversus eos, quibus vel tacite, & ex propria vi & natura sententiae, vel expresse nocent etiam nondum vocatis, cum non sint legitimi contradictores, nec possint executionem executorialium, etiam inter alios obtenturum, impedire, & iis quae late dicta sunt.

349 Quinta & ultima regula fit in hac materia, ut sententia lata in individuis, aliis etiam non vocatis praedictet, ut loquendo in servitute, quae est individua, juxta text. in l. 2. ff. de verb. oblig. in s. cum similibus voluit gl. per text. ibi in l. qui aliena s. ult. verb. praedict. de negot. gest. gl. & B. in l. de communi in prin. & ibi B. ff. eod. cir. Angel. in d. l. 2. s. si tamen hominem. Ant. Imol. & Roma in vers. ex iis. Ant. in cap. causam el 2. qui filii sint legit. Imol. in l. ult. & ibi Alex. col. 15. vers. advertendum est in hoc, ff. de re jud. idem Alexan. in l. saepe n. 48. ff. eod. tit. Panorm. in cap. penult. col. 4. de re jud. Tiraquel. in tract. res inter alios acta, numero 59. Peregr. in tr. de fideicommiss. art. 53. prout etiam & converso in re individua sententia lata pro uno ex confortibus prodest aliis, ita quod res judicata pro uno ex condominis, feudataris, coheredibus, aut confideicommissariis, aliis etiam proderit, & oberit, quemadmodum & est converso, l. loci corpus, s. si fundus, ff. si servitus vendicet. Peregr. ubi proxime, d. n. 43. in prin.

350 Quam esse tenendam regulam, dicit Rebut. ubi proxime notans, sibi ipsis in hoc fuisse contrarios Bart. & Innocentium; eam tamen limitat, ut procedat in servitute iam constituta, prout loquitur d. s. si fundus, & d. l. si de communi: secus in constituenda; quia super hac lata sententia inter aliquos aliis nec prodest, nec nocet, cum in ea non reperitur terminata regula nostra, & 352 facilius retineatur jus jam constitutum, quam de novo inducendum, leg. patre furioso ff. de iis qui sunt sui, vel alie. jur. & ita etiam resolvit Bar. quem sequuntur recentio-

recentiores in d. l. vers. ex bis ff. de verb. oblig. & Alex. qui hoc multum commendat, d. l. saepe.

353 Cui alia & sexta finitima est regula, ut scilicet ubi duo, aut plures sunt habentes, quilibet eorum jus in solidum, alter eorum agat, & rem in iudicium deducat, sententia adversus eum lata, quae in iudicium transierit, consumit, & perimit jus aliorum. Et ea est ratio, quia de eademmet re & causa non nisi semel (non autem plures quæri oportet, leg. licet s. si ff. nautae, caupo. stabu. l. si cui s. idem ff. de accusat. Exemplum sit in popularibus actionibus in quibus de jure publico agitur, & quae cuilibet de populo competunt, l. 3. ff. de popularibus actio. Leum qui s. in popularibus, ff. de jure jur. per quae quidem jura hanc doctrinam notavit gloss. in l. 2. C. quibus rei jud. & sequitur Alexan. in d. l. saepe n. 33. Peregrin. d. art. 53. n. 41. quod idem esse dicunt ipsi, & Alex. esse in quasi popularibus, veluti cum opponitur aliquis defectus, ad refringendam electionem, nam lata semel sententia pro electo, quae in iudicium transierit, ulterius quaerendum non est gloss. in cap. cum delict. in verbo, iudicatum de electione. cum pluribus aliis adductis ad Alex. & idem est in publicis iudiciis, juxta text. in d. l. si cui s. iisdem, gloss. scribentes gl. in l. 2. Alexan. in d. l. saepe n. 34. & Peregrin. ubi proxime n. 41. ad si. circa quae vendens Avend. de exeq. 1. p. c. 4. n. 31. Matth. de Afflict. in consil. Sicil. rubric. 37. lib. 3. c. 4. 12. Greg. Lopez in l. 10. verbo, ubi como de ellas; tit. 11. p. 3. qui plures recentet opiniones, quas vide, & quas supra adduxi a n. 322.

357 Hinc idem esse, dicendum est in duobus reis credendi, qui ex eadem causa jus habent, nam res adversus unum ex eis iudicata, alteri quoque obest, quod probat text. juxta secundum intellectum glossae in l. ex duobus reis, & sequitur B. in 4. q. Angel. & latius Franc. Aretin. sub n. 9. Alexan. in d. l. saepe n. 42. Peregrin. in d. art. 53. n. 42. qui omnes rationem reddunt, & validissimam quidem, quia alter ex correis agendo, litem contestando sibi praecipuat jus actionis, ad text. in l. fideicommissi s. plerumque, ff. de leg. 3. & ex hoc inferunt Alexan. in d. l. saepe n. 15. & per eum Peregrin. d. n. 42. quod ubi essent collegatarii, aut fideicommissarii re conjuncti, sententia adversus primò agentem lata, & 359 jure praecipuationis per litem contestationem alium fideicommissarium excluderet.

360 Et ulterius hæc uterius dictis a principio circa tertios oppositoribus executorialium executioni, respectu & ratione suae possessionis, unum non omittam addendum, quod iste talis tertius debet docere de possessione vera, & iusta; alias fit fraudulenta, & dolosa, illi non prodest, nec impedit executionem rei, quae absque dubio ab eo est aufferenda, probat Covarr. c. 16. n. 4. vers. sexti. Marius Giurba dec. 62. n. 3. & alterius in dec. 22. n. 18. prope finem. Cephal. consil. 225. & conducent quae nos sursum a n. 94. quae possessio fraudulenta & dolosa praesertim in praedictum tertium non transferuntur in accipientem, nec exit a potestate domini, etiam si rem dimiserit, late Giurba post magnam catervam Doctorum d. dec. 22. n. 20. & per totam, & nos obiter supra n. 201. & quod tertii possessio iniusta non impediatur executionem sententiae latae post Castrenf. in l. vis, per illum text. C. de proba. Carocius de exception. 69. d. n. 31. cum seqq.

362 Amplius etiam erit notandum, ut iis casibus quibus diximus, tertio non obest sententiam inter alios latam, fallit, (& datur pro cautela,) quando fuerit citatus, etiam si non compareat, quia tunc sententia illi praedictet. Aymon. consil. 12. n. 8. Boët. dec. 183. d. n. 49. cum seqq. Gozadin. consil. 103. n. 12. plures citat pro hac cautela Jacob. Canc. 2. part. variar. resol. c. 16. d. n. 59. Giurba dec. 1. n. 31. Decian. consil. 54. n. 6. post Ill. Cravet. & alio s. 1, faciunt bene quae post alios dixi supra n. 15. & 16.

Et insuper ea quae diximus de oppositionibus, quae sunt per tertium executioni sententiae, applicate poteris ad executiones, quae sunt vigore instrumenti garantigati, quia purificantur, tradit Ro. consil. 77. n. 4. & 7. Covarr. in pract. c. 16. in fin. Menoch. de praesumpt. l. 3. praesumpt. 13. n. 10. Venius dec. 304. ad fin. & bene in terminis advenit Jacobus Canc. variar. resol. 2. part. cap. 16. n. 95. & nos ex aliis Doctores alibi etiam diximus, praecipue cap. 5. n. 100. hac 4. p.

364 Illud insuper non dissimulabo, tertium, qui comparuit, ad impediendam executionem, non prohiberi, si succumbat, ordinarie denuo agere, ut ex pluribus resolvit Vinc. de Franc. dec. 289. n. 2. p. 2. Jacob. Canc. variar. resol. 2. p. cap. 16. sub n. 81. quod fallit nisi de jure hujus tertii oppositoris plene cognitum fuerit in iudicio executivo. Canc. ubi proxime, ubi etiam quod si de exceptione opposita plene fuerit cognitum, si nihilominus fuisset expresse reprobata, amplius opponi non poterit, ex Paulo de Castro in l. qui Roma, s. duo fratres ff. de verb. oblig. n. 7. de quos suo loco fusi.

CAPUT IX.

Ab executeore, executionem faciente in quantitate, seu rebus minime in executorialibus nominatis, aut aliter comprehensis, an, & quando appellationi denegans declarationem, vim commisisse dicetur, ubi plurimi casus adnotatione dignissimi inferuntur.

SUMMARIUM.

Executor sententia naturam & tenorem imitatur, n. 1. Sententia jus est strictum, n. 2. Sententia super una re vel rei parte lata, non continet aliam, nec etiam aliam partem, n. 3. Sententia de una in ipsa expressa, ad aliam non expressam extenditur, n. 4. Sententia super certis bonis cum ditione (maxime) alia non expressa non includit, n. 5. Dicto (maxime) nihil operatur circa non expressa in sententia, ibid. Condemnatio requirit scripturam, & non scripta in sententia non veniunt, n. 6. Sententia non extenditur ad augmentum rei limitata, num. 7. Sententia nunquam continet ea de quibus in iudicio non fuit actum, nec in iudicio cognitum, n. 8. Sententia lata super una re ex pluribus petitis, non extenditur ad alias, n. 9. Pluribus rebus in iudicio generaliter deductis, sententia lata non omnibus praedictet, sed tantum in prosequutis, & in quibus lit. fuit contestata, n. 10. Nisi pars malitiose disfulerit alias res prosequi, n. 11. Excedit executor se extendens ad aliam rem, seu quantitatem non expressam, n. 12. Excedit executor se extendens ad aliam rem extra expressam, n. 13. Ab executeore excedente de re ad rem, vel de quantitate ad quantitatem, appellationi deferendum declarabitur, num. 14. Excedit nuntius qui habet in mandatis ut me ponas in possessione unius rei, & ipse me ponit in possessione alterius, n. 15. Excedit executor exequendo in alia re quae non fuerit iudicata, n. 16. Mandatum ubi est certum & limitatum, quia probabiliter excedit executor, est nullum ab eo gestum, n. 17. Mandatum ut sit limitatum ad incertum liquidandum, D d d 4 propter

propter probabilem dubitationem excessus liquidationis, tamen iniustitiam non excessum, ut in exemplis, n. 18.
 Executor an excedat si executoriales latus pro praebendo, ut in anteriori loco sedeat, illas exequatur in alius praeminentis, puta oculo pacis, incensatione ante alios quibus praefertur mandatur, n. 19.
 Sententia declarans castrum esse civitati subiectum, censetur declarare teneri ad onera civitatis, n. 20.
 Sententia ubi quid necessario supponit, ad aliud se extendit, quia in ea dicitur expressum, n. 21.
 Pronuntiatio super principali, censetur pronuntiare super incidenti necessario, n. 22.
 Sententia censetur continere illud sine quo principale non potest stare, n. 23.
 Sententia lata super uno, extenditur ad aliud, sine quo illud unum effectum sortiri non potest, n. 24.
 Sententia supponens aliquid necessario, videtur illud exprimere, n. 25.
 Expressum, vel necessario suppositum, ad paria iudicatur, n. 26.
 Expressum dicitur quod virtualiter inest orationi prolata, n. 27.
 Condemnatio super principali, inducit absolutionem super incidenti, quod subsistere non potest subsistente principali, n. 28.
 Pronuntiatio super principali, inducit pronuntiationem super incidenti, quando hoc subornatur cause principali contraria, n. 29.
 Sententia lata super praeminentia sedis intelligitur lata super alius praeminentis qua sunt accessoria sedis, n. 30. & 31. ubi limitatur & n. 32.
 Sententia non subintelligitur in necessario antecedenti aut consequenti, quando id in iudicium deductum non fuit, n. 33.
 Sententia qua aliquid exprimitur per modum cause, non parit exceptionem rei iudicatae, in causa super qua non fuit actum cognitum, nec litis contestata, n. 34.
 Secus si partes illam causam per modum cause deduxerint in iudicium, n. 35.
 Annuntiatum in sententia per modum cause si plene cognitum sit, praediciatur sententia in annuntiato non alias, n. 36.
 Sententia extenditur ad id quod ex ea inferitur necessario, quando super illatione plene fuit cognitum, non aliter, n. 37.
 Fructus in sententia ubi tacite sunt subintelligi, locum habent quando fuissent in iudicium deducti, n. 38.
 Sententia qua pronuntiat fiduciarium mittendum in possessionem intelligitur restituendam fore haberi quando super eo actum fuit, n. 39.
 Venditor condemnatus ad restitutionem pretii ob lesionem, ex l. 2. de reind. ven. compellitur rem tradere, etiam si sententia non exprimat, n. 40.
 Clericus per sententiam condemnatus ad inhabitationem & privationem beneficii, an extendatur ad pensionem, num. 41.
 Verba iudicis debent intelligi secundum mentem juris, n. 42.
 Sententia verba ad intellectum juris sunt reducenda, n. 43.
 Pensio assignata laico aut pro servitio temporali, non est beneficium, sed assignata pro clerici sustentatione aut causa resignationis, n. 44.
 Pensio extinguitur per professionem expressam aut tacitam religionis sicut beneficium, n. 45.
 Pensiones vacant per contractum matrimonii, sicut beneficiorum, n. 46.
 Pensionum sunt incapaces illegitimi, sicut beneficiorum, num. 47.
 Pensionem pro stipendiis cuius est capax laicus, potest habere illegitimus, n. 48.
 Excedit executor, si sententiam qua quis est privatus & inhabilitatus ad beneficium, extendat ad pensionem etiam loco beneficii habetur, n. 49.

Suspensio a beneficio non comprehendit pensionem, n. 50.
 Pena non extenditur ultra proprietatem vocis, nisi cogente fundamento, n. 51.
 Inhabilitatus ad beneficium per constitutionem papalem non censetur inhabilitatus ad pensionem, num. 52. & num. seq.
 Penaliter dispositio sicut sententia est odiosa, stricti iuris, & non extendenda, n. 53.
 Dispositio simplex inducens vacationem & incapacitatem beneficii non ob penam, extenditur ad pensionem, qua loco beneficii habeatur, n. 54.
 Excedit an executor sententiam qua clericus est suspensus ab officio, illam extendat ad beneficium, n. 55.
 Suspensio clerico perpetuo ab officio per sententiam non excedit executor si illam extendat ad beneficium, n. 56.
 Beneficium censetur vacare per suspensionem perpetuam ab officio, n. 57.
 Beneficium datur propter officium, n. 58.
 Suspensio per sententiam ab officio ob delictum grave simpliciter non perpetuo, nec cum praesentione temporis, etiam censetur privat. distrib. quotidianis, n. 59.
 Suspensio sim. licet ab officio absque tamen praesentione temporis, suspensus intelligitur a beneficio, n. 60.
 Beneficium est accessorium ad officium, n. 61.
 Suspensio a beneficio non intelligitur suspensus ab officio, n. 62.
 Suspensio ab officio ob delictum leve aut conuictam, non intelligitur suspensus a beneficio, n. 63.
 Collatio beneficii facta suspensio ab officio vel beneficio, non valet, n. 64.
 Suspensio ab officio ex quibus causis sit intelligenda, n. 65. remissive.
 Et quando incurritur irregularitas, & quid Praetatis censetur interdicta, ibid.
 Sententia qua clericus est declaratus perpetrare delictum, quod tamen sit privatione beneficii dignum, non possit ad beneficium extendi si in sententia non sit expressum, n. 66.
 Doctores negativam opinionem tenentes recensentur, n. 67. vide n. 70.
 Clericus condemnatus ad perpetuum carcerem an possit beneficium resignare, n. 68.
 Clericus declaratione commisisse delictum ipso iure privatione beneficii dignum, intelligitur condemnatus ad illius privationem, n. 69.
 Notarius condemnatus in crimine falsi, dumtaxat intelligitur privatus officii usu & exercitio, n. 71.
 Notario delinquenti extra officium, requiritur expressa privatio officii, quia non subintelligitur, n. 72.
 Officii privationis pena si incurritur ipso iure, sufficit delicti declaratio, ut privatio subintelligatur, n. 73.
 Executor non excedit si sententiam qua clericus declaratur commisisse delictum dignum privatione beneficii, ipso iure exequatur in illius privatione, n. 74.
 Sententia qua clericus condemnatur ad restitutionem beneficii cum fructibus perceptis, an exequatur in distributionibus quotidianis, oblationibus funerariis, & elemosinis incertis, n. 75.
 Fructuum beneficii Ecclesiastici appellatione distributiones quotidianae non comprehenduntur, n. 76.
 Privilegium habens a Pontifice integre percipiendi fructus etiam absens ac si fuisset praesens, non intelligitur in distributionibus quotidianis, n. 77.
 Distributiones quotidianae personaliter interessibus dumtaxat praesentur, n. 78.
 Fructuum & proventuum beneficii appellatione non comprehenduntur oblationes, mortalia, & amiversaria, num. 79.
 Anniversaria & funeraria incerta non considerantur ad valorem fructuum beneficii, n. 80.
 Nisi hac elementa incerta sint solita locari singulis annis, n. 81.
 Condemnatus ad restitutionem beneficii & ejus fructus perceptos

perceptos, non tenetur restituere distributiones quotidianas, n. 82.
 Condemnatus ad restitutionem beneficii & fructuum perceptorum non restituit elemosinas, funeraria, & oblationes, aliaque incerta, n. 83.
 Fructuum condemnatio etiam parochialis non fit nisi provenientium ex decimis, primitiis, Sec. n. 84.
 Electione parochialis facta per Episcopum non servata forma Consilii condemnatio fit fructuum, n. 85.
 Provisus per ordinarium de beneficio, non servato ordine juris, non facit fructus suos, n. 86.
 Condemnatus ad restitutionem fructuum beneficii, intelligitur in distributionibus quotidianis, si beneficium non habeat proffam, nec verba sententia inania reddantur, n. 87.
 Distributiones quando condemnatus tenetur restituere, intelligitur illas tantum quas ob residentiam suas facit, non tamen quas ob ejus absentiam aliis accrevit, n. 88.
 Nisi per colligentes sibi fuisset facta protestatio ut resideret vel dimittat, quia tunc ad omnes tenebitur, n. 89.
 Et quae requisita sint necessaria ad hanc protestationem, num. 90.
 Distributiones quotidianas tenetur possessor restituere, quando agitur ex brevi Camerali, quia beneficium est reservatum, n. 91.
 Distributiones quotidianas tenetur praestare attentans lite pendente condemnatus ad fructuum restitutionem, n. 92.
 Executor ad rei restitutionem vigore executorialium datus an excedat eas exequendo in fructibus non expressis nominatim in sententia, n. 93.
 Sententia est stricti iuris, & tantum disponit quantum loquitur, n. 94.
 Sententia plus non probat quam ex ea necessario inferitur, n. 95.
 Sententia aliud non continet quam in eo reperitur expressum, n. 96.
 Sententia strictam interpretationem recipit, n. 97.
 Fructuum perceptorum restitutionis condemnatio non capit illos qui percipi potuerunt, n. 99.
 Omnis censetur quidquid in condemnatione non reperitur expressum, n. 100.
 Fructus longe distanti a re, & diverso iure censentur, n. 101.
 Restitutionis rei facta condemnatio intelligitur & de fructibus quos de iure condemnatus tenebatur restituere, n. 102.
 Res non intelligitur restituta, dum etiam fructus non restituantur, n. 103.
 Fructus semper veniunt in restitutione rei quantum attinet ad propriam naturam restitutionis, n. 104.
 Fructus sub restitutione rei comprehenduntur si alias ex natura actionis & de iure veniebant & debebantur, non alias, n. 105. & 113.
 Restituere verbum in sententia appositum, fructus quoque comprehendit ex propria vi & virtute, n. 106.
 Restituere verbum plenam habet significationem, ut etiam fructus comprehendat, n. 107.
 Restitutio est in pristinum statum repositio seu redintegratio, n. 108.
 Restituit non solum qui corpus, sed etiam qui omnem rem, conditionemque reddita causa praestat, n. 109.
 Verba sententia ad iuris intellectum sunt reducenda, n. 110.
 Verba iudicis debent intelligi secundum mentem juris, num. 111.
 Iudicis menti magis quam cortici verborum est inhaerendum, n. 112.
 Executor ad rei restitutionem datus excedit, si praestet fructus non expressos in sententia, si alias ex natura & iudicis & actionis praestari non debebantur, secus e converso, n. 113.
 Fructuum post litem contestatam expressa petitio non requiritur, sed cum ipsa re tales restituntur, n. 114.

Quod scilicet res mandatur restitui, ibid.
 Fructus ante litem contestatam in sententia ubi subintelligantur per verb. (restituas) debent expresse peti, n. 115.
 Sententia qua declaratur rei dominus aliquis, non includuntur fructus nisi exprimentur, n. 116.
 Expressum in sententia, & necessario tacite supponi, idem est, n. 117.
 Covar. declaratur, n. 118. & 114.
 A significatione verborum non aliter recedendum est, quam cum manifestum sit aliud sensisse disponentem, n. 119.
 Strictam qua habent interpretationem, non excludunt propriam verborum significationem, n. 120. & n. 149.
 Sententia licet sit stricti iuris, non excludit qua veniunt ex propria verb. significatione, n. 121.
 Verba non amittunt suam propriam significationem, etiam quantumcumque materia sit odiosa, n. 122.
 Verba univ. & non restricta ad aliquid limitatum etiam in materia odiosa, retinent propriam significationem, n. 123.
 Ex verbis sententiae nihil inferitur, nisi quatenus verborum significatio subintelligitur, n. 124.
 Sententia est stricti iuris, & ultra non extenditur quam importet verborum sonus, n. 125.
 Verba semper recipiunt interpretationem secundum naturam rei, n. 126.
 Quamvis actus periret, ibid.
 Verba debent interpretari secundum naturam rei, & juris dispositionem, n. 127.
 Verba impropria, suppletur, aut alterantur ob subiectam materiam, etiam si sint praegnantis, in materia stricta, n. 128.
 Verba etiam in statutis recipiunt interpretationem legalem, n. 129.
 Expressum satis dicitur quod virtualiter ex verborum propria significatione continetur in sententia, n. 130.
 Text. in l. ex divers. 36. ubi ff. de rei vindicatio. pulchre interpretatur, n. 131. & seq.
 In actionibus realibus satis est iudicem auctorem rei dominum declarare, n. 132.
 Sententia qua declaratur quem esse dominum rei, habet tacitam condemnationem ad illam dimittendam & restituendam, n. 133.
 Sententia qua declaratur bona esse alicui hypothecata, censetur condemnari rem ad illam relaxanda, n. 134.
 Sententia qua quis declaratur debitor alicuius ex causa mutui, virtualiter intelligitur condemnatus ad restituendum debitum, n. 135.
 Sententia declarans in aliquem fuisse translatam possessionem ex tali tempore, ab illo videtur ad fructus condemnare, n. 136.
 Sententia declarans aliquid haberi, includit tacitam debiti condemnationem, n. 137.
 Iudex declarans auctorem verum rei dominum, necessario supponit a reo restituendam, n. 138.
 Sententia qua quis condemnatur ad restitutionem bonorum refusus expensis, licet non dicat per quam, tamen subintelligitur per eum cui bona restituntur, n. 139.
 Executor executorialium quibus quis condemnatur rationem reddere administrationis, an excedat si facta calculatione exequatur reliquatum, n. 140.
 Rationem reddendi actus duo continent separata, rationem reddere, & reliquas solvere, n. 141.
 Condemnatus rationem reddere virtualiter censetur condemnatus ad reliquorum solutionem: novo non expectato processu, n. 142.
 Executor ad reddendam rationem datus dicitur mixtus specul. calculationis & liquidationis, n. 143.
 Executor mixtus datus ad rationem reddendam tenetur ante executionem reliquatum & calculationem confirmare, n. 144.
 Licet suprema tribunalia hibil curent de confirmationis omissione facienda per executores, contra Guit. ibid. Sententia

Sententia reddenda rationis qua exprimitur in facta liquidatione executor exequatur, non indiget alia confirmatione, n. 145. Merus executor an possit confirmare calculationem, n. 146. Executor ad reddendam rationem non potest esse merus, cum deur ante liquidatam materiam, n. 147. Condemnatus per sententiam ad id quod per calculatores liquidabitur, facta liquidatione alia non requiritur condemnatio, n. 148. Liquidationis iudicium habet ut indicens ad sententiam, eius naturam assumit, ac pariter executioni mandatur, ibid. Rationem reddere propriam habet significationem reliqua solvere, n. 149. Ea qua virtualiter in sententia comprehenduntur, habentur pro scriptis in ea, n. 150. Qua virtualiter subintelliguntur, habentur pro expressis etiam expressio requiratur pro forma, & pro eis pariter praestatur executio, n. 151. Statutum attribuens executionem instrumentum, intelligitur etiam respectu hypothece tam tacita quam expressa, n. 152. Praesumptio ex instrumento elicit a dicit tenor illius, n. 153. Condemnatus ad reddendum triticum in specie, & qualitas non sit expressa in sententia, an excedat executor si compellat ad praestandum optimum triticum, n. 154. Et quid in condemnato ex causa legati tritici, n. 155. Et quid de aliis rebus qua terminos habent à natura, seu qua de facto hominis finem habent in vestis, cuius qualitas non sit praestanda ut iudicatis satisfiat ib. remissive. Condemnatus ad restitutionem rerum ex iudicio particulari, seu universali quas tempore litis mota non possidebat, si tamen re jam iudicata caperit possidere, an compelli possit per executores ad illarum restitutionem absque reatu excessus, n. 156. Excedere executores hoc casu qui tenent, n. 157. Reus convictus si non possideat, & de iure agens conslet iudex declarat rē pertinere ad actōrē absoluto reo, n. 158. Et tunc si reus post rem iudicatam caperit possidere, in illum sit executio absque novo processu, n. 159. Quod iudex procedit in bonorum possessione, n. 160. Reum conventum & non inventum possidere tempore lata sententia, iudex poterit condemnare, quando cumque bona habeat, restituit actōri recte suum dominium probanti, n. 161. declar. a ut ibid. Reus inveniens non possidere non est absolvens ab observatione iudicii, sed actor probans de suo iure declarandus dominus, & que sit hujus declarationis utilitas, n. 162. Actor tamen hoc casu erit in expensis condemnatus, n. 163. Et quid si reus distulit opponere se non possidere, n. 164. Reus ob non possessionem tempore lata sententia tandiu durat absolutus quamdiu non possideat, secus cessante causa, & caperit possidere, n. 165. Convenus pro una repetitione hereditatis, & tempore sententia plures caperit possidere, an in petitione & sententia comprehensa intelligantur, n. 166. Et quid in iudicio generali petitionis bonorum possessionis, n. 167. & 168. Verbum prateriti temporis imperfecti in subiunctivo etiam ad futurum respicit, n. 169. Haeres intencans bonorum possessionem universalem, aut petitionem hereditatis contra possidentem unam rem tantum, sententia comprehendit omnia bona qua post sententiam caperit possidere, n. 170. Haeres intencans iudicium universale bonorum possessionis, adversus nullā rē hereditatis possidentē, si post condemnationem caperit possidere, non officit sententia, n. 171. Secus si unam rem possideat, quia tunc cetera iudicium fundatum reperitur, n. 172. Executor ad restitutionem bonor. considerator. faciendam ei cui Princeps instituit an excedat, si exequatur tertio possessor in quas res fiere à fisco alienata, n. 173.

Executor ad restitutionem bonorum confiscatorum per Principem factam datus, an excedat si fructus etiam solvere cogat, n. 174. Restitutio gratuita non praestat fructus, secus rigorosa, num. 175. Empitore auctore pratore possidet bona fide & dominium habet, n. 176. Verbum (restitutio) importat fructus restitutionem, ubi aliis ex vi iudicii solent venire non aliter, n. 177. Restitutio Principis ad qua bona & fructus extendatur, n. 178. remissive. Condemnatus Clericus ad privationem beneficii si à Papa restituitur an recuperet beneficium, & quid si sit alteri jam collatum, n. 179. remissive. Clerico capitaliter condemnati pensio extinguitur & solidatur cum beneficio, n. 180. Clericus capitaliter condemnatus & à Papa restituitur an recuperet pensionem jam consolidatam cum beneficio, n. 181. Executor ad rei restitutionem an excedat compellendo praestare estimationem damni & deteriorationis, qua in illa reperitur, si id omiserit sententia, n. 182. Res reddita, restituta aut soluta proprie dicitur, quae non deteriorata redditur aut solvitur, n. 183. Depositū res non dicitur reddita si deteriorata reddatur, n. 184. Res abesse dicitur cuius corpus manet, sed forma mutata est, n. 185. Vestimentum si scissum redditur, videtur abesse, n. 186. Restitutio tota iuris interpretatio est, n. 187. Damni satisfactio, & estimatio comprehenditur sub verbo (restituere) cuius haec propria significatio est, n. 188. Verborum propria significatio etiam in materia quantumcumque odiosa semper retinetur, n. 189. Damni satisfactionem verbum (reddere) ex propria significatione comprehendit, n. 190. Verbum (reddere) iuris interpretatione etiam restitutionem significat, n. 191. Restitutio est in primum statum redintegratio, n. 192. Redintegratio dicitur à re & integer, n. 193. Damnum dicitur omnis rei diminutio seu lassio, n. 194. Executor datus ad tradendum fundum, non satisfactio dimidium tradens, n. 195. Restitutio tantum restituit, quantum abstulit id adversus quod restitutio datur, n. 196. Restitutionis gratia tantum attribuitur, quantum condemnationis sententia advenit, n. 197. Restitutus quis non dicitur, nisi si plenariam consequatur restitutionem, n. 198. Restitutio facit renasci quod extinctum fuit, ibid. Rei appellatione, tota continetur, n. 199. Condemnatus recuperat meliorata rei etiam si in sententia nihil sit dictum, sed in eius favore pristinus rei status attenditur ad hunc effectum, n. 200. Illud quod rei additum est in executione si condemnatus recuperat, pariformiter debet solvere quod ipsi rei detrahitur, n. 201. Fructus sint separati ab ipsa re, n. 202. Fructus quia causantur ab ipsa re, restituit executor datus diutaxat ad rei restitutionem, n. 203. Damnum & deterioratio rei ipsam intus tangit, & par. est illius, n. 204. Causa plus inluit in re ipsa quam in causato, n. 205. Ob damnum tangens rem ipsam employeata illam amittit, secus si tangat fructus, n. 206. Definitio non est quid diversim ab ipsa re, ibid. Damnum contingens in re est perpetuum, quia respicit dominium, contingens autem in fructibus est temporale, quia respicit commoditatem utentis diutaxat, n. 207. Executor non excedit compellendo ad estimationem rei perempta, ad cuius restitutionem datus est, n. 208. Estimatio succedit loco rei, & ipsam repraesentat, ibid. Executor

Executor poterit compellere ad estimationem partis perempta rei, sicut & totus, n. 209. Fideiussor obligatus liquidatione certa pensionis domus, tenetur pro deterioratione, licet fideiussor sit stricti iuris, num. 210. Ad damna & deteriorationes rei censetur virtualiter condemnatus, qui ad eam restituendam simpliciter est condemnatus, n. 211. Executor ad rei restitutionem datus non excedit, si compellat condemnatum, liquidatum estimationem damni & deteriorationis rei praestare, n. 212. Damnum illatum in re post sententiam usque ad realem restitutionem ejus, executor potest per ejus estimationem solvere, n. 213. Damna rei illata qua & ad qualia tenentur, n. 214. Damna qualia dicantur, & cuius culpa accidisse praesumatur, n. 215. remissive. Damna an compensentur cum melioramentis, factis in ipsa re, n. 216. remissive. Executor, qui semper sententiae naturam, & tenorem imitatur; ultra quantitatem, & rem in ea tacite, aut expresse contentam executoriales minime exequatur, quippe etiam adeo est sententiae jus strictum (prout supra cap. 8. n. 47. & seq. vers. que quidem omnia & eo, &c. scriptum reliquimus, & infra hoc cap. à num. 97.) ut lata super una re, vel super rei parte, nec continet aliam rem, nec etiam aliam partem, Alexand. consil. 133. dissentis, n. 7. lib. 4. Decius consil. 248. de duobus col. vii. Fulgosi. consil. 149. praesupponitur, col. penult. vers. ad secundum Decius in l. 1. ff. de off. ejus. Castrenf. consil. 441. n. 5. in fin. lib. 2. nec de una re in ea expressa, ad aliam extenditur, Roma. consil. 403. à num. 4. Alexand. consil. 208. lib. 2. num. 4. Menoch. consil. 110. à n. 17. usque ad 26. Roland. à Vaile consil. 34. n. 76. lib. 4. Cardin. Tusch. practicer. concl. tom. 3. litera S. concl. 126. à num. 65. qui etiam num. 66. dicit in proposito, quod sententia lata super certis bonis cum dictione (maximè) videlicet condemnatus, maximè ad restituendum bona specificata, nempe domum, vineam, &c. non includit alia non specificata, quia dicitio (maximè) nihil operatur circa non expressa in sententia, ex quo continet solum ea, quae necessarii veniunt, quia requirit scripturam, & non scripta non veniunt. Paul. Castrenf. consil. 441. viso n. 5. lib. 2. ubi apostilla dat plurimos concordantes, nunquam siquidem extenditur sententia ad augmentum rei limitatè Decian. consil. 51. num. 44. lib. 1. & tandem sententia nunquam comprehendit ea, de quibus nondum fuit actum, ac in iudicio cognitum, tenet Angel. consil. 235. Albert. Cuman. consil. 19. quidam nobilit. Paul. Castrenf. consil. 262. in factis illorum, in antiquis. Cardinal. Tusch. ubi proximè n. 59. adeo ut nec etiam lata sententia condemnatoria super una re ex pluribus peritis, extendatur ad alias, Menoch. consil. 110. n. 62. Bart. in l. 4. C. depositi, & faciunt, quae nos diximus supra e. 8. à n. 47. vers. que quidem, & vers. sequenti, num. seqq. Et imò agendo generaliter super pluribus rebus, sententia lara non praedicitur in omnibus sic deductis in iudicio, sed illis tantum, quae prosequente fuerit, & super quibus lis fuerit contestata. Ita latissimè Socin. plura reddens exempla in consil. 18. prosequendo ordinem, à num. 42. cum plurib. seqq. lib. 1. quem sequitur apostilla ad Felin. in cap. adversario n. 4. vers. rei iud. de exception. ubi plures allegat Tusch. pract. concl. tom. 6. litera R. concl. 268. n. 9. & à num. 11. qui n. 12. cum Felin. ubi proximè in d. c. adversario, n. 12. hoc limitat, ut non procedat quando pars malitiosè, & dolo distulerit alios prosequi res. Quare ad illas res seu quantitates se extendens executor merito excedere dicitur, text. est in aub. de col-

lacionibus, s. eos autem, vers. si autem aliqui, colatione g. l. contra nostra, C. de executionib. & exactor. trib. quae loquuntur in excessu de quantitate ad quantitatem text. in l. prohibendum C. de iure fisci l. 1. text. in c. super olim. Ab. de off. delegari, & l. de Regia 10. tit. 4. p. 3. & l. 47. in 18. ead. p. 3. Vantius de null. sent. ex def. c. iur. ord. &c. n. 93. plures refert Avilesius in c. prator. gl. mandando, &c. n. 3. 30. & seqq. Castellus à Bobadill. in pl. l. 2. cap. 20. n. 64. qui loquuntur de excessu de re ad rem. Et de utroque ab executorialium executoriae, excedente de re ad rem, & quantitate ad quantitatem, hoc est, quando facit executi nem in alia re de qua nec actum est, nec facta condemnatio, nec tacite, nec expresse in sententia comprehenditur, ut puta, lata est pro dimidia domo, & exequitur pro tota, vel pro centum, & exequitur pro centum & 20 appellationis interpositae per gravatum sit omnimodo, tanquam ab excessu manifesto, licite, ac legitime proferendum, probat gl. in l. ab execut. verbo, excedat. C. quorum appell. non recip. Specul. in rit. de executio. sent. s. nunc dicendum, vers. quid si ab executor. n. 7. ad princ. B. in d. l. ab executeore sub n. 2. ff. de appell. cum quo transit remissive Rol. à Valle consil. 43. num. 6. vol. 1. Bart. in d. l. ab executeore num. 4. Salicet. num. 5. ubi etiam communiter ceteri Doctores, Alexan. consil. 95. n. 6. vers. nec in dicitur provincia, lib. 2. Cardinal. Tusch. practicer. concl. t. 1. littera A. concl. 4010. n. 5. Ruin. consil. 8. n. 2. col. 5. Augustin. Boer. consil. 32. in causan. 15. Lancel. Robert. de autent. 2. part. cap. 11. lim. 53. n. 28. Vestrius in praxi Romana Curia lib. 7. c. 9. n. 9. & c. 3. sub n. 9. Marquell. de commissi. 1. part. cap. 24. n. 6. Caesar. Barz. dec. Bonon. 55. n. 11. Rota Romana decis. 100. part. 1. div. sub n. 17. Caesar. Contard. in repet. l. unie. C. si de mormen. poss. fuer. appell. lim. 19. n. 21. ubi exemplificat in nunuo, qui habet in mandatis: ut ponat me in possessionem unius rei, & ipse me ponit in possessionem alterius Rebus. in irad. de sentent. execut. art. 7. gl. 14. n. 3. vers. 2. tom. 1. fol. 379. exemplificans in executeore, qui executoriales exequitur in alia re quam fuerit iudicata, 16 idem Rebus. ibid. art. 7. gl. 14. sub n. 4. loquitur, quando executor excedit exequendo, executoriales pro majori quantitate, quam in sententia continetur, & probatur in s. plus autem petere instit. ubi dicitur is, plus petere, qui pro decem sibi debitis, petit 20. ac propterea si executor ab huiusmodi excessu de re ad rem, seu quantitate ad quantitatem minime appellatione interiectae detulerit, vim facere deferendum, & reponendum Senatus hanc per viam violentiae aditus, declaravit. Pro cuius doctrinae maiori perfectione hoc claritate, 17 unum est notabile, & stupendum verbum Joannis Andree in c. quoad consultationem super glos. fin. de sent. & re iudic. quem ibi referens, & exagerans sequitur eleganter Ab. Panor. sub n. 24. vers. sed contra praecedens dictum, dicentes, quod quando mandatum est limitatum in certa re, vel quantitate, puta quando sententia continet expresse talem fundum, vel talem domum, talem agrum sub talibus confinibus limitatum, tradendum & restituendum Francisco, aut quando sententia continet certam summam, & quantitatem puta centum, vel mille: tunc ideo id, in quo excedit executor, cum si excessus, nullum est, quia probabiliter excedit limites commissionis, & ideo appellatio admittenda. Quandoque mandatum est limitatum in incerto, & non liquidato; ut quando sententia mandat, quod mittatur quis in possessionem bonorum, valentium centum, vel hereditariorum, vel quae possidebat testator tempore mortis, vel quando condemnat in valore, & aestimatione talis rei, vel in fructibus, damnis, seu interesse, quos percepit condemnatus, & similibus; tunc propter probabilem dubitationem frangit iustitiam partis, non tamen excessum; quia cum sit liquidandum, non sit limitatum, hoc est, quantitas non sit specificata in sen-

sententia, sive nullum, sive paucum liquidaverit va- lozem, seu bona non potest cognosci, an excedat, quia sententia non habet limitem. Imò semper remanet exe- cutor intra terminos potestatis mandatæ hujus liqui- dationis respectu, & alia liquidatio est interpretatio sententiæ, non augens, nec mutans ejus formam seu te- nozem, at si parere se gravatam putarit, cogitans plus, vel minus rem valere, tunc jus suum prosequatur per viam appellationis non suspensiva à gravamine simplici, perfecta executione, & circa hæc elegantem doctri- nam Joan. And. & Abb. vide quæ dixi suprà c. 3. n. 75. & seqq. verj. denique excessus, &c. quibus & hæc jun- ge, & faciunt quæ latius infra cap. 10. à princ.

Hinc ad particulares quaestiones ab hac dependen- tes doctrina descendamus, & ad illam primitivè, an exe- cutor datus, ad exequendam sententiam, & executoria, libe obtentas per aliquem præbendam, ut in honora- 19 biliori, & anteriori loco sedeat; excedat, si eas exe- quat, extendat, & intelligat, etiam in præminentis, puta, osculo pacis, & incensatione ante cæteros, qui- bus in sede præferri mandatur victor præbendatus.

Et quod non excedat, fortissima probant fundamen- ta, primò, quia si sententia declarat, castrum civitati esse subjectum, & esse de aliquo comitatu, censetur 20 declarare, quòd teneatur contribuere ad onera civi- tatis, quia venit in necessariam consequentiam. Ab. in consil. 89. in quest. col. 2. in prin. vers. nec obstat si di- catur, lib. 1. sequitur Card. Tuschus pract. concl. lib. 7. l. 5. concl. 126. num. 11. Paul. Castrenf. consil. 275. ad primum in prin. l. 2.

Secundò, quia quando sententia aliquid necessariò supponit, ad illud se extendit, quia dicitur in ea expres- sione. Alexand. consil. 123. discussus num. 8. l. 1. Fulgof. consil. 140. præsup. Decius consil. 348. de duobus. col. fin. Cravet. consil. 174. nobiliti Guido n. 2. plura exempla ponit ad hoc Felin. in cap. subortia n. 4. de re jud. ubi si iudex qui non potest pronuntiare super negotio princi- 21 pali appellationis, nisi prius pronuntiet super grava- mine, si tamen pronuntiat in negotio principali, neces- sariò censetur etiam pronuntiare super articulo, quia ubi ex actu qui sequitur, necessariò inferitur ad præcedentem actum censetur illum facere, & approbare.

Nam regula est, quòd sententia, & omnis dispositio censetur continere illud, sine quo principale non potest stare, quia qui vult consequens, videtur velle suum necessariò antecedens, Signorofus de cons. 275. qui- 22 dam n. 27. Castrenf. de cons. 275. ad primum prin. l. 2. & propterea, si sententia continens unum, extenditur ad aliud sine quo illud unum, super quo lata est, effec- tum sortiri non potest. Angel. consil. 257. sub num. 6. Ozalvus decis. Pedemont. 64. num. 2. Cardin. Tusch. ubi prox. d. conc. l. 126. n. 111. & n. 105. & n. 106. Rota dec. 459. p. 1. divers. & per Pedem. idem repetit Card. Tusch. practie. concl. lib. 7. l. 5. concl. 122. n. 4. quòd sententia supponens aliquid necessarium, videtur illud exprimere, ad paria siquidem judicantur, aliquid esse expressum, vel necessario præsupponi, vel subintel- 23 ligi. Paul. de Castro in l. 1. num. 1. Cod. quando provo- care non est necesse, de quibus vide infra a n. 150. cum multis seqq.

Et latius enim expressum dicitur, quòd venit in ne- cessarium antecedens, atque expressum dicitur, quòd virtualiter inest orationi prolata. l. prat. ait s. interdicit ubi gl. in verbo, expressum, & Bart. hoc notat in prin. ff. de oper. nov. num. l. cum quid, ubi gl. in verbo, pro tacito, ff. si certum peta. cum aliis, per Tiraquell. in tract. de leg. 2. cum al. gl. 7. §. 7. num. 179. & per Gaill. pract. observ. lib. 1. observat. 2. num. 2. & 4. Matelcot. variat. resolut. l. 2. c. 117. n. 17.

Et hinc illam aliam intelligentes doctrinam, quòd quando causa principalis, & incidens habens se ita in- cidenter, ut impossibile sit, ut incidens subsistat subsistit

tente principali, nec ambo in ea compatiuntur, tunc condemnatio in principali inducit abolitionem in incidenti, text. in l. 1. in l. 2. & in l. 3. C. de ordine judi- cior. & ibi not. B. ubi B. latè etiam explicat post alios nostrates Joan. Garcia in tract. de nobilit. glof. 1. in prin. à n. 18. dicens, quòd quando incidens est subordinatum causæ principali ex diametro contrariæ, ita ut principalis omnino non possit tractari, quin agatur de incidenti, tunc pronuntiatio in causâ principali, indu- 29 cit pronuntiationem in incidenti, text. in d. l. 1. sine au- tem §. fin. ff. de negotiis gestis. Paul. Castrenf. in l. quod in diem §. 1. ff. de compensatio. vide latissimè meliùs quam alibi, ubi habes plures calum distictos, & exempla, plura jura, & plures Doctores per Felinum in cap. sub- ortia, n. 4. de sententia & de re jud.

Et ita fuit in nostro casu resolutum per Rotam Ro- manam in una Attensienf. sedis 29. Febr. 1577. teste Prospero Farinacio in novissimis per eum recollectis DCCCLXVI. ubi dicitur, quòd sententia ad favorem cuiusdam præpositi lata, quæ declarat, ejus sedem esse cæteris digniorè, & primam post pontificalem, & per consequens cum idem primo loco habeatur prærogativæ, videlicet, osculum pacis, incensation, & alia similes, tam ex jure communi, quam probatione partis, de eisdem præminentis intelligitur, loqui etiam sententia, tanquam accessorius ad sedem, quam occupat Propositus etiam in sententia expressè dictum non sit, juxta consilium Alexand. 23. n. 6. l. 5. & attende, quòd circa hunc articulum, & causam alia etiam tres Rotæ decisiones factæ sunt, ut constant ex eodem Far. ibi, 30 quas consecutivè appositus.

Et quæ est DCCCLXVI. fol. 478. egit Præpositus ju- dicio possessore ad sedem dumtaxat, a qua illum spoliaverat quidam Archidiaconus, obtinuit Præpositus in sede, & dubitatum fuit, an executor sententiæ ad favorem Præpositi laterum, sit restricta, vel restringi de- beat ad sedem de qua agitur, vel potius hujusmodi exe- cutio juris interpretatione fieri debeat, etiam in præ- eminentis sedis: resolutum fuit per Rotam pro tunc restringendam esse exaltationem ad solam sedem, quam solum in judicium deduxit Præpositus, & quia Archi- diaconus erat in quasi possessione illarum præminentiarum, Præpositus autem nihil probavit in contrarium maxime quia dubium erat, & nondum constabat, qualis dignitas esset dignior, an præposita, an Archidia- conatus, pro ut etiam dictum fuit in alia decisione se- 31 quenti apud ipsum Farin. quæ est DCCCLXV.

Sed quia latè discussio negotii, & ventilato consti- tit, dictam præposituram esse digniorè dignitatem, & primam sedem habere post pontificalem, ita deter- minatum fuit per aliam, quæ est in ordine DCCCLXVII. fol. 479. tandem declaratum fuit per Rotam superibus adducta decis. DCCCLVI. in his verbis ibi, nec dicitur sententia, ad favorem propositi lata, non loqui de istis præminentis, quia contrarium est verius, & ut accessoriæ ipsi debentur per supra dicta. Alexand. consil. 23. n. 6. lib. 5. & quòd dictæ sententiæ sint intel- ligende de istis præminentis, suadetur ex eo, quòd mandat Præpositum restitui ad possessionem juxta pe- tionem, in ejus libro contentam, in quo hujusmodi præminentis notantur, &c. & sic quando non est du- bium, dignitatem, pro qua lata est sententia, esse digniorè, & ut tali deferenda prærogativa, illi omnino deferuntur, etiam in sententia expressum non sit, & executor pro eius executoriales poterit exequi, nec ex- cedere dicitur, ex jam dictis.

Et ex iis decisionibus Rotæ unica est attribuenda declaratio, ad supra dictas doctrinas appositas ad prin- cipium hujus difficultatis, quibus diximus, in sententia intelligi expressum, id quòd venit in necessarium an- tecedens, & illud sine quo dispositum in ipsa senten- tia stare non potest, nec effectum sortiri, & similes, ut intelligendæ

intelligendæ sint, quando de ipso actum fuit etiam, & deductum in judicio principali, quia tunc etiam si in sententia expressa mentio non fiat, tamen subintelli- gitur ex eisdem Doctores, ac si de eo actum non fuit per partes, nec in judicio deductum, tunc ad illud non potest sententia extendi, ita docent Calde. consil. 198. alias 2. de re jud. in prin. Joan. And. in e. cum Ecc. sur. de causa poss. & propriet. quem sequitur Anch. consil. 917. de quibus prædictæ sententiæ, & iterum consil. 155. n. 4. Cardin. Tusch. practie. conclus. lib. 7. l. 5. concl. 121. num. 1. 5. & 6. dicentes, quòd si in sententia dictum sit, talem teneri ad onera & gravedines, qui est usufructuarius, hoc dictum per modum causæ necessaria non excludit partem quominus possit principaliter deducere in judicium, & cognosci de usufructu, quia judex non potest pronuntiare definitivè per modum causæ, quando partes non sunt principaliter prosequutæ illud deductum, nec litem sunt contestatæ super eo, quia essent pronun- tiatæ super eo quòd non est pretium, ideo non obstat iterum de novo agenti exceptio rei judicatæ, quia etiam deducta in sententia per modum causæ necessaria, de qua non est actum, non parit eandem rei judicatæ exceptionem, secus quando partes prosequutæ fuere illud deductum per modum causæ, & rectè faciunt quæ supra diximus in principio n. 8. vers. & tandem post Ang. Abb. cum Bald. Card. Tusc. quòd senten- 35 tia non comprehendit ea, de quibus in judicio non- dum fuit actum nec cognitum.

Quare etiam dicunt Cæsar Constar. in Lunic. l. 24. n. 45. 46. & 47. C. si de moment. poss. Sigismund. Scaccia de appell. q. 17. l. 6. memb. 9. n. 10. per Bal. in Lempt. 65. §. ancilla in prin. ff. de rei vindic. in 2. lectura, quòd quando verba enuntiativa sint prolata in sententia per modum causæ de præsentis, & enuntiatum fuit plene cognitum, ut puta si iudex pronuntiat spoliatum esse restituendum, quia sententia, virtute cuius spoliatus fuit, est nulla, nam si de nullitate fuit plene cognitum, dicitur sententia lata super nullitate, & per conse- quens appellari ab eo tanquam mixturam continente.

Hinc dicit etiam idem Scaccia, ubi proxime num. 11. in fin. quòd illa doctrina, qua dicitur, in sententia sic intelligi, id omne quòd ex eo necessariò inferitur, procedat, quando de ea necessaria illatione plene fuerit cognitum, non alias: & facit insuper, quòd diximus in hoc e. num. 113. vers. & licet in nostra principali resolutione, &c. per Covar. lib. 1. variat. cap. 3. sub n. 1. quòd ad hoc, ut fructus facile intelligantur in senten- 36 tia, quando utitur verbo restituere, requiritur, ut pars illos deduxerit in judicium, & quòd super non pro- sequeris, & super quibus lis contestata non fuit, licet sit deducta in judicio, non cadat res judicata, nec hæc noceat: plures Doctores citavi supra in prin. hujus e. vers. & eadem n. 8.

Et ita etiam loquuntur præfati Doctores citati su- perius pro hac opinionis comprobatione, ut constat ex dict. decis. Rotæ 450. parti. 1. diversor. per totam, qua petitum est, a fideicommissario, sibi restituendam hæ- reditatem per hæredem, & in possessionem mitti, & idè dictum fuit, quòd si iudex pronuntians fideicom- missarium immitendum esse in possessionem honorum censetur pronuntiare, in necessariam antecedens, hæ- reditatem debere restituere, litium dirimendum gratis, quia sententia continens unum, extenditur ad aliud; sine quo illud unum, super quo lata est, non potest sortiri effectum. Idem etiam pariter apparet ex d. decis. Pedemont. Orasf. 64. ubi pretio cuiusdam rei putans se in ea ultra dimidium justis pretii vellet laetum egit, ex l. Cod. de rescind. vend. ut ubi pretium restitutor, & ipse rem tradat, confitio de lesione, lata fuit sententia, 40 quia fuit condemnatus reus venditor ad pretium hoc restituendum, & nihil dictum fuit in sententia de red-

denda re nec ad illud emptor condemnatus fuit, tam en- concilium fuit, nihilominus ipsum emptorem restitutor sibi pretio, compellendum sententia virtute, ad resti- tuendum rem pariter, & ex eo positivum id probat Ozalvus ibi num. 3. quòd dicit Bald. in l. penult. ff. de res qui sunt sui vel alieni jur. quòd sententia includit id, quòd necessariò est præsupponendum, & sumitur ex mente actorum, referiturque ad causam quæ sumitur actis, secundum Bart. in l. Jul. col. 2. vers. prædicta verò ff. de condict. indeb. declarat Decius in cap. cum venera- bilis in prin. de exception. Felin. in cap. significaverunt, n. 7. de except. post glossam & Bart. in l. si quis adhiben- dum ff. de exceptione rei jud. & ita procedunt etiam Felin. d. c. subortia & Joan. Garcia. d. gl. 1. n. 18. & seqq. quia illi articuli incidenti & in proposito, actum fuit de illis in judicio, ut expressè constat, de quo etiam per nos latè supra c. 7. n.

Nunc alia le offert tractanda quaestio, an executor datus ad exequendum executoriales, quorum senten- 41 tia seu sententia clericus est privatus, seu inhabilita- tus beneficio, excedat illas exequendo, seu extenden- do ad pensiones, quas ipse habet condemnatus; in cuius resolutione summa est difficultas & partem negati- vam scilicet, quòd non excedat hoc casu exequatur, forte facit fundamentum, nam verba iudicis debent intelligi secundum mentem juris, cap. causam de refer. l. si stipulatus in prin. ff. de usuris l. Gallus §. quidam rectè ff. de lib. & posth. Alexand. consil. 2. n. 2. l. 3. Cravet. consil. 202. à n. 18. Cornueus consil. 126. colum. 3. lib. 4. 43 & verba sententia ad intellectum juris sunt reducen- da, miles §. iudicat. ff. de re jud. ubi Cal. Bal. in l. fundus §. in vend. vers. notat ff. de pign. Capol. 67. duo fratres n. 5. in civilibus consiliis. Alexand. con. 46. circa primum num. 2. lib. 5. Castr. consil. 270. n. 1. lib. 2. Socin. consil. 134. colum. 3. in prin. lib. 5. Juris autem in nostro casu mens 44 illa est (ut quiddam fit in pensione assignata pro ser- vicio temporalis, seu alias quæ præstat uti laico, & jus sit capax) tamen pensio assignata clerico, ut com- modius sustentari valeat, vel ex causa resignationis, loco habeatur beneficii (ut personatus communiter distinguitur) & loco beneficii cedat, quoad remissionem hæc pensio regulanda est tanquam beneficium, quia eisdem modis amittitur, quibus beneficium, tradit Hier. Gabr. consil. 187. n. 11. & consil. 100. lib. 2. qui ita quoti- die prædicari & consuetudine, & stylo receptum, at- testatur Flamini. Paris. de resign. benef. lib. 3. q. 1. n. 13.

Et hinc est, ut sicut per professionem expressam, vel 45 tacitam religionis vacant beneficia, cap. beneficium, de reg. lib. 6. ita per illam hujusmodi pensio extinguatur, Gigas de pensionibus qu. 57. Guidobonus decis. 138. Caputaq. decis. 223. parti. 2. ita sicut per contractum ma- 46 trimonii vacant beneficia, hujusmodi etiam pensiones vacare testantur, Gigas q. 54. & in consil. 132. Caval. q. 30. Duarenus de benef. lib. 6. cap. 4. vers. annua hujusmodi. Fla. n. Paris. post alios. de resig. lib. 1. q. 1. n. 15. & lib. 6. quass. 2. n. 115. Quintanaduen. Ecclesiasticæ lib. 2. cap. 9. n. 9. Caval. q. 147. n. 3. Vival. in appendice ad candelabri- um cap. 1. n. 33. Greg. Lopez in l. 4. tit. 6. p. 1. gloss. 2. Covar. in 4. p. cap. 6. §. 3. n. 6. Petrus decis. 459. lib. 2. Natta decis. 1079. lib. 3. p. 3. diversor. Castrar. de Grassi decis. 114. n. 9. Azor. infl. mor. l. 13. c. 13. q. 8. & Thom. Sanch. de matrimo. lib. 7. disp. 55. ita pariter hujusmo- di pensionum illegitimi sunt incapaces, quemadmo- dum beneficiorum etiam sunt, secundum Gigas. de pen- sion. q. 16. Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensatione, super defectu natalium. num. 48. & tin. de dispensatione ad plura n. 65. Navarr. consil. de filiis presbvt. consil. 61. num. 3. & consil. 63. num. 5. de Simonia. & Chuc. inflit. canon. in parvis lib. 2. tit. 8. in primis. Quintanaduenas lib. 1. cap. 6. Zerola in praxi Episc. 2. p. verbo pensio- narius §. 1. & Zechus de benef. & pensio. cap. 11. n. 7. Nicolaus Garcia de benef. 1. p. cap. 5. à n. 115. qui dicit contra.

48 contrarium tenentes, intelligendos esse in illa pensione, quae datur in stipendiis, jam, istius laicus etiam capax sit. Ex supra dictis igitur, dicit Navar. *conf. 11. n. 2. de temper. ordinari.* quod cum pensio, de qua loquimur, cedat loco beneficii, etiam quoad habilitates regulanda est tanquam beneficium, ita ut qui non est capax beneficii, non erit etiam capax pensionis; igitur cum jus dicitur de primo ad ultimum, sequi videtur, ut executor datus ad exequendas executoriales, quarum sententia clericus est privatus, aut inhabilitatus ad beneficia, non excedat illa, si extendens exequatur etiam in pensione, quae loco beneficii habetur, cum verba iudicis debent intelligi secundum mentem juris.

49 Sed contrarium opinionem in nostro casu veriorum de iure existimo, ut executor excedat, si extendat, executoriales, quibus quis privatus, & inhabilitatus est ad beneficia, ad huiusmodi pensiones, cum simus in odiosis, & sententia sit stricti iuris; ita tenent Sarnerius *de annal. qua. 2. Gigas conf. 142. n. 9. Crescent. dec. 14. de re iud. Flamin. Paril. in tr. ad. de confidentia quaest. 58. num. 58. Nicol. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. num. 12. & sequenti. facit decif. Farinacii § 1. num. 2. affirmantes, quod pensio non venit sub privatione beneficii per sententiam, dicit Garcia ibi num. 126. & ad hanc doctrinam reducendum, & intelligendum esse Suarez *5. tom. de censur. disputatio 27. sess. 1. num. 15.* dum ait, quod suspensio à beneficio non comprehendit pensiones, quia poena non est extendenda ultra proprietatem vocis sine cogente fundamento, cum pensio non sit proprie beneficium, nec est jus, vel ratio quae cogat ad hanc extensionem, &c. Pro quo etiam facit, quod dicit Navar. *conf. 12. n. 15. de rescript.* ut inhabilitatus ad beneficia per constitutionem poenalem, non videtur inhabilitatum ad pensiones, quem sequitur Hieronym. *Gonzal. gl. 5. §. num. 26.* licet contra eos in hoc resolvat Garcia ubi proxime num. 123. & seq. dicens, ut suspensus quis, seu inhabilitatus generaliter, & simpliciter à beneficio per constitutionem, erit etiam suspensus à pensione, licet secus sit in suspensio per sententiam hominis, nam idem in effectu est, & eadem militat ratio in utroque, siquidem dispositio poenalis pariter fit stricti iuris, odiosa, & non extendenda, c. *odia de reg. jur. cum vultis.* sicut sententia.*

54 Quare non obstant in contrarium adducta fundamenta, quibus respondetur, procedere, locum habere in simplici iuris dispositione inducente vacationem & incapacitatem non ob poenam, at nos loquimur quando quis in poenam delicti condemnatus est ad privationem & suspensionem beneficii, quia tunc stricta fieri debet interpretatio, & ad alia, quam importat verborum sonus, non est sententia trahenda nec extendenda, cum pensio improprie dicatur beneficium, & sic ex supra dictis jus aliud dicitur isto casu; quod si fecus fiat, executor excedet, & vim faciet si appellationi emisse ab huiusmodi excessu non detulerit, declarat Senat.

55 Insuper inquirendum venit, an exequatur datus ad executionem executorialium, quantum sententia clericus est suspensus ab officio; an excedat, si illa exequatur in beneficio? In cuius investigatione licet hinc inde plura potuissent in medium proferre, & applicare fundamenta, varias ac quidem contrarias opiniones, quae a Doctoribus tenentur in re hac, ut videre per gloss. notab. in *clement. fin. in verbo. suspensi.* & ibi Card. *de panis.* & idem in *clement. 1. de privileg. in vers. ceterum in 7. quaest. cum duabus seqq.* Inmol. in *cap. cum dilect. de consuetud. column. 8. Prapof. in c. presbyr. 28. d. in 2. & colum. optime Sylvestrum in summa, verbo suspens. §. 5. vers. si quis est suspensus,* cuius distinctionem bonam dicit Ber. Diaz in *pract. crim. can. verb. suspens. c. 130. n. 3. per tot. Bonif. de Vital. in clem. cap. ne panis.*

Nicolaus Boerius *conf. 21. Gregor. Lopez. in l. 17. tit. 9. p. 1. verbo, el derecho,* per text. qui etiam alios referunt, & omnia suspensione, quae iure fit, illam insequantur, quae à iudice per sententiam clerico imponitur, quia interdicitur sui officii exercitium, seu executio, in quo ex mente omnium has magis communes opiniones & conclusiones admittam.

Prima, ut quando clericus condemnatus, suspensus est ab officio perpetuo, & abque temporis limitatione, tunc executor non excedet, si pariter exequatur in beneficio, quoniam suspensus perpetuo ab officio censetur suspensus etiam à beneficio, nam talis suspensio perpetuo habet vim privationis, & est idem quod depositio, Archidiaconus in *cap. 2. incipit si quis 83. d. & ibi Dominus, quem ad hoc refert Decius in cap. 2. Apostolica column. penult. versicul. 2. & ibi Abb. de except. Inmol. d. c. cum dilect. de consuetud. 8. colum. ubi citat Galparem Galder. Greg. Lopez ubi proxime gl. 5. post. Prapof. Alex. in *c. prap. 32. & Hosliens. in sum. de sentent. excommuni. §. quis fit ejus efficit. in prin. Bern. Diaz ubi proxime num. 5. ubi dicit etiam quod per talem suspensionem perpetuam, videtur beneficium vacare, ut de eodem possit fieri provisio; ratio est, quia cum beneficium deur propter officium, quod clericus ministrat in Ecclesia, *cap. fin. de rescrip. lib. 6. secundum Apostolum de prabend. & dignitat. & dicit Car. Tolet. in summa lib. 5. c. 76.* quod officium consistit in laudibus divinis, in sacrificio Missae, & sacrorum administratione, non quod propter hoc redditus dentur in pretium, sed in sustentationem talium personarum, ut à cura sibi providendi liberi, Deo melius vacare possint, in populi utilitatem; ideo cum hoc officio sit perpetuo clericus suspensus, per consequens est suspensus à beneficio, quia infecta primitiva, infecta intelligitur derivata, ac cessante causa cessat effectus.**

Altera conclusio erit, quando per sententiam quis est suspensus ab officio, non perpetuo, sed ad tempus, vel etiam simpliciter, nec addita perpetuitate, nec etiam praescriptione temporis, sed simpliciter suspenditur ab officio, & tunc concors est sententia, ut ita suspensus censetur etiam suspensus à distributionibus quotidianis, nec exequatur ad illas extendens executoriales, excedere dicitur, quia distributiones non dantur nisi interessentibus personarum in divinis officis, c. *1. de cler. non resid. lib. 6. quorum exercitio, & executione, seu usu suspensus est, ac propterea residere, seu interesse non potest, ac ideo suspensus merito ab istis distributionibus quotidianis intelligitur; ex Gregorio Lop. Prapofit. Alex. & Hosliens. supra.*

Si autem quaeramus de ipsa prabenda seu grossa, aut de alio beneficio, tunc major fiat difficultas, & in variis itum est sententias per Doctores, magis autem communis sententia, & opinio est, quae distinguit inter sic suspensum ab officio per sententiam propter crimen grave, seu atrox, & inter suspensum propter crimen leve, aut etiam infamiam, aut contumaciam. Primo casu scilicet, quando à iudice quis suspenditur ab officio propter crimen grave, intelligitur etiam suspensus à beneficio, & subtrahuntur ei fructus ex identitate rationis supra posita, quia beneficium datur propter officium, hoc est suspensus, ergo & beneficio, quia cessante causa cessat effectus, siquidem altari non servit, de altari vivere non debet, argum. text. in *dist. cap. cum secundum Apostolum de prabend. & dignitat. verbo non provenit ex significatione, natura, & vi verbi (suspensio) positi in sententia, ut aliqui dicebant, sed cautative, & in necessariam consequentiam, ex iis quae supra diximus in vers. hinc ad particulares quaestiones, &c. per totum à n. 19. & latissime infra cap. 10. à numero 89. cum pluribus seqq. & quia beneficium est accessorium ad officium, & ideo dicunt omnes praecitati Doctores, propterea suspensum à beneficio non intelligi*

62 intelligi suspensum ab officio, quia officium non est accessorium ad beneficium, sicut è converso, ut beneficium sit accessorium ad officium, quo sublato, & illud tolli necesse est, secundum ea quae de sententia ad accessoria trahenda inferuntur sunt dicenda, & d. cap. 10. à n. 89. Imò hoc casu si aliter diceremus, ipsa delicti poena potius imposita diceretur Ecclesiae quam clerico, si perciperet fructus non serviens, nec residens, quia non potest, & Ecclesia debito servitio fraudatur. In secundo autem distinctionis membro scilicet in suspensio ob delictum leve, & ob contumaciam, tunc non intelligitur suspensus à beneficio, quia poena non egreditur delictum, sed commensuratur, & hanc distinctionem probat text. in *c. si quis sacerdotum. & c. eos 81. d. c. Presbyter si à plebe 2. q. 4. & in casu c. 1. de iud. lib. 6. Petr. de An. post Galparem Galder. in clem. cupientes de panis, optime Sylvestri in d. summa, verbo suspensio, §. 5. vers. si quis est suspensus, ad quem se refert approbans distinctionem eius Bernat. Diaz in *d. pract. crim. can. d. c. 130. n. 3. Grego. Lopez in d. l. 17. tit. 9. p. 1. gl. verb. mui dequissado,* ubi dicitur ita communiter Doctores tenent, Tolet. in *summa l. 1. c. 47. Corrazi. 3. p. cap. ult. à n. 28. Abb. in c. vestra de cobah. cler. & mul. n. 8. Covar. in 4. 2. p. in prin. n. 64. Armilla verbo, suspensio, n. 11. Valentia 3. tom. disp. 7. q. 17. puncto 1. Cechus de casibus reservatis de suspens. n. 14. Ludo. Lopez instructor. conscientie 2. 12. p. c. 31. & 39. Vega in *summa 2. p. c. 106. casu 13. & in Espejo de Curas c. 12. n. 104. & 105. & faciunt infiniti penè Doctores citati à Nicolao de Garc. de benef. 7. p. c. 14. à n. 7. cum pluribus seqq. probantibus, quod Clerici concubinarii, seu fornicarii notorie sunt suspensi ab officio, & per consequens à beneficio, licet ipse in hoc contrarium defendat, negando antecedens, scilicet quod sint suspensi ab officio, & sic quod nec à beneficio. Et haec opinio magis mihi placet, ut suspensus per sententiam ob grave crimen ob officio, intelligatur etiam suspensus à beneficio (licet Garcia post alios ibi n. 58. contrarium tenent, nempe suspensum ab officio sive à iure, sive à iudice, non esse suspensum à beneficio, quoad ea quae competunt non interessentibus divinis, nisi aliud constet ex mente disponentis) & ultra superiora iura superius allegata probant text. in *c. qui fecer. c. nullus 32. d. c. si quis à modo 81. d. c. prator. 31. ibi, nec partem ab Ecclesia suscipiat, &c. ubi gl. & facit, quod suspensus ab officio, vel beneficio****

64 quia sunt incapaces non valet collatio facta beneficii, c. *cum dilectus, §. quia nobis, de cons. plures citat Nicol. Gax. d. tract. de benef. 7. p. c. 14. à n. 1. quem tamen resolutionem omnino intelligere debes, quando suspensio ab officio facta est perpetua, non autem ad tempus, quod & ex mente est omnium citatorum Doctorum, atque iuri consonum, juxta superius dicta.*

65 Apud quos omnes, & apud Zerolam in *praxi Episcopali 1. p. verbo suspensio. P. Borgia de irregularitate 6. p. c. de sent. susp. Sivo Maio. eod. tit. l. 3. c. 19. Marti Navar. in Manual. confess. c. 17. n. 151. cum multis seqq. Covarr. in clem. si furios. 1. p. §. 1. à princ. & Nic. Garc. ubi proxime, apud quos invenies quando, & propter quas causas huiusmodi suspensionis sententia infligenda sit, & quando incurritur irregularitas, & de ejus effectibus, & quid Praelatis, seu Episcopis censentur interdicta, quando jurisdictione, quando collatio, & ordines seu jurisdictionum exercitium, & alia plura.*

66 Quibus & alia succedit discutienda difficultas: an executor datus ad exequendas executoriales quarum sententia clericus declaratus, fuit tantum commississe, & perpetrasse delictum, dignum sui natura privatione beneficio (eo tamen tacito in sententia) excedat illas exequendo, & extendendo ad privationem praefati beneficii.

Et pariter affirmativam, scilicet excedere manifestè, *Salgado de Protect. Reg.*

videtur probari; quoniam clericus condemnatus per sententiam latam super homicidio, puta, vel alio crimine privatione digno, non est privatus beneficiis, nisi exprimitur, & expresse dicatur in sententia per Innoc. in *c. qualiter est. de accusat. n. 10. Felin. in c. inquisitionis, eodem tit. n. 7. & in c. eorum n. 24. & iterum idem Felin. in c. suscitatus n. 2. de rescript. Hippol. singul. 200. Rebus. qui plures refert de pacifice. *pos. n. 315. aliàs 262. & iterum in tit. de modis amittend. benef. n. 64. Simonet. de reserv. q. 24. & ibi Granut. lit. B. Lamber. de iure patr. 1. p. 2. lib. 9. art. 9. n. 1. Bernat. Diaz in praxi crim. can. c. 131. n. 3. Mandos. de signatur. a. tit. de privat. vers. condemnatus, de homicidio. Petrus Greg. Synagm. jur. c. 26. n. 9. & iterum c. 33. n. 3. Flamin. Paril. de resignat. benef. lib. 3. qu. 16. n. 29. & seqq. Joan. Gutier. canon. qu. lib. 3. cap. 5. n. 7. Zerola in praxi Episcop. 1. p. verb. privatio §. 1. & determinavit Rota teste Puteo dec. 233. lib. 3. & novissime in alia teste Farinacio decif. 234. n. 3.**

Quae opinio ex eo juvati videtur, quoniam & si pro homicidio quis sit condemnatus poena perpetui carceris, vel aliàs, si per sententiam latam, & transactam in rem judicatam super crimine, non est privatus expresse clericus beneficio, nihilominus poterit renuntiare, & collatio inde sequuta erit valida: *Ror. dec. 5. de iud. Visig. in antiquis Sarnerius de annal. q. 41. Rebus. d. tit. de modis amittendi beneficium. n. 64. Flamin. Paril. n. 28. Joan. Gutier. n. 38. ubi proxime.*

Sed contrariam sententiam & opinionem, imò, 69 quando sententia lata est super delicto digno privatione beneficii ipso facto, etiam si id in sententia de beneficii privatione non exprimitur, tacite inducta intelligatur à iura, & in ea posse pariter executionem fieri, probat textus expressus, qui nullo modo cavillari potest, in *l. 1. ad senat. consult. Turpil. ibi. Si autem pronuntiaverit calumniosus esse, condemnavit eum, & quamvis nihil de poena subjecerit, tamen legis potestas adversus eum exercet, &c. & ibi gl. hoc idem tenet verbi facti: & B. per quem text. qui revera loquitur in damnato de crimine quod de iure meretur privationem eo ipso beneficio, (licet id in sententia non exprimitur) & ita per hunc text. defendit non posse opinionem Innoc. in *d. c. qualiter, tradit doctissimus Sarmien. l. 1. de electoribus c. 13. n. 3. fallam esse affirmans, quando à iure poena est certa, & illi delicto, de quo est clericus declaratus, nec est arbitraria, sed à jure determinata, prout etiam sentit ipsemet Innoc. in *c. inter dilectos, de excessibus praelatorum, & cum sequitur Abb. Panorm. ibi n. 11. & Bernat. Diaz ubi proxime d. n. 3. Rebus. d. tit. de modis amitt. benef. n. 65. dicentes, quod quando delictum erat tale, quod ipso facto inducebat poenam privationis beneficii, tunc sufficit delicti declaratio, ut privatio etiam non expressa intelligatur, Felin. in *c. Rodulfus de rescript. n. 35. & 37. Zerola supra. Alex. de Novo in addit. magna ad Abb. in d. c. inter dilectos, & idem Abb. in c. postulati de foro comper. & ita etiam has opiniones contrarias conciliat, & bene Nic. Garc. de benef. 11. p. c. 3. de remunit. n. 105. & supra à n. 97. quod quando iudex ita pronuntiat secundum Innoc. (condemno te de tali crim.) vel ita (declaro te commississe tale crimen) tunc locum habet dispositio *d. l. 1. ff. ad Turpil. & tacite intelligatur, & inducatur privatio beneficii; ac contraria opinio, & Doctores eam tenentes procedant, quando facta fuit condemnatio, seu potius declaratio delicti etiam condigni poena privationis, sed non ipso facto, seu ipso iure, sed demum spectata sententia, ut tunc id non inductum censetur, de quo etiam late B. Bernard. Diaz. d. cap. 131. à num. 3. cum seqq.*****

Ergo ulterius in comprobationem istius distinctionis, & resolutionis (quae veritas est) allego famolam Rotae

E e e 2 Romanae

Romanæ noviss. decisionem 769. per totam t. p. diverforum, qua validissimis hinc inde adductis fundamentis resolutum fuit, sufficere tabellionem, seu notarium condemnare in sententia de crimine falsi ut inde censetur tacite inducta officii in posterum privato, etiam si id non fit in sententia expressum, sed statim deinceps non poterit tanquam inhabilis, & incapax declaratus, conficere instrumenta, & uti officio, prout magis communem contra alios Doctores ab ea relatos, resolvit eadem Rota ibi à n. 8. vers. bis tamen non obstantibus, quam sequuntur B. Angel. Joan. de Platea, & Jacob. Rebuff. in l. si aliquid, C. de susceptoribus per text. ibi, & idem volute in l. si quis ex argentiis s. cogentur, ff. de edendo. Angel. n. 2. Paul. de Cast. n. 3. dicens requiri sententiam privationis officii, quando notarius requirit extra officium, & ibi Alex. n. 6. Jacob. de sancto Georgio n. 12. H. n. 16. Paul. de Cast. in l. quamvis s. h. n. 2. ff. de solutio. & bene conf. 203. secundum veterem impressionem. Bal. in l. & militibus n. 3. vers. & ideo notarius, & ibi Paul. de Cast. n. 4. & 5. & Decius n. 6. vers. & nota C. de milit. testam. Afflicti. in consil. Regni. incip. iudices tit. de electione officiorum n. 8. Tiraq. de penis temp. causa 58. n. 7. in fi. & n. 8. Alvarot. conf. 67. n. 10. inter consilia crim. divers. lib. 1. Jul. Clar. in pract. crim. s. ff. q. 73. vers. notarius condemnatus. Franc. Marcus dec. 299. lib. 2. hanc esse communem testantur Alex. Decius, Clarus, & Franc. Marcus suis locis modo citatis, & intuper facit, quod post alios dicit Tiraq. in l. si unquam verbo, revertatur C. de revoc. donat. n. 490. quod si poena privationis officii incurreretur ipso iure, non requireretur condemnatoria, sed declaratoria dumtaxat. Quare rectè sequitur, ut hoc casu executor non excedat extendens executoriales, quibus clericus est condemnatus, seu declaratus, commisisse delictum dignum beneficii privatione ipso facto, ad ipsam privationem, etiam si in illis hoc non sit expressum, sed tacite intelligitur juris dispositio, & ex eodem facto hæc oritur privatio statim, ut dicit Abb. in d. c. postulasti n. 7. de for. compet. sequutus Innoc. quod lata sententia tantum super crimine privatione digno immediate & incontinenti sequitur juris poena, & juris effectus privationem operantis, ut in d. l. 1. ff. ad Turpil. & in c. si quam, s. notandum 2. q. 3. Et quod nec requiritur nova sententia privationis, sed de facto privabitur imponendo poenam juris & melius dicit Innocentius in dicto cap. postulasti. in prin. quod lata sententia super crimine ita, (condemno te de tali crimine) postmodum executio poenæ fiet secundum canones, qui præcipiunt criminolos, & damnatos deponendos, cap. 1. dec. 15. & ita Innoc. declarat. Ant. Nevo in addit. mag. ad Abb. in dicto cap. inter dilectos, quod in executione sententiæ latæ debet iste talis clericus, deponi à beneficio, etiam si in ea non sit expressum, sed juris intellectu imposta poena privationem ejus inducente ipso facto, & ita tenendum est. Alia se offert practicabilis inferenda dubitatio, an executor nominatus ad executionem executorialium, quibus beneficii possessor venit in fructibus ejusdem beneficii perceptis, seu percipiendis condemnatus; an excedat illas exequendo in distributionibus quotidianis, oblationibus, funerariis; seu in certis aliis elemosynis, & ad horum solutionem, & satisfactionem condemnatum compellendo. In qua brevibus me gerens, dico, regulariter executores hoc casu excedere; moveor, quia appellatio fructus beneficii ecclesiastici distributiones quotidianæ non comprehenduntur: Selva de benef. 3. p. 9. 12. ex n. 33. Cova. l. 3. var. c. 13. n. Castiad. dec. 6. sub n. 8. de præben. latè Prob. ad Joa. Menoch. in unico sub n. 32. vers. pro complemento. & sub n. 57. Lancel. de art. 3. p. cap. 31. n. 14. Andr. Gambar. de

offic. & potest. legat. lib. 6. ex n. 18. Oieda de beneficiis incompat. 1. p. c. 12. n. 8. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 6. q. 2. n. 30. plures referens sequitur Monet. 2. part. quast. 14. num. 12. quod adeo verum est ex hac ratione, ut licet qui habeat privilegium à Summo Pontifici ut fructus beneficii etiam absens integrè recipiat ac si esset præsens, non tamen consequitur distributiones quotidianas, gl. communiter recepta in verbo. ad fuerint, in c. unico. de cler. non resid. in 6. tradit Rebuff. in praxi 3. p. tit. de brevi Apostolico, n. 54. Duenas reg. 106. in prin. Monet. 1. p. q. 6. n. 12. & post alios latè Cover. ubi proxime n. 2. Calder. conf. 1. tit. de cler. non resid. Joan. de Ocon. in repet. d. c. unie. n. 10. Castiad. dec. unie. per totam de cler. non resid. Gigas consilio 144. ex n. 25. Graff. p. 2. dec. lib. 3. c. 15. n. 9. Joan. Gutier. l. 1. can. quast. cap. 15. ex num. 12. Flamin. Paris. ubi proxime num. 30. Franciscus Vivius in comm. opin. vers. distributiones quotid. sol. 46. Man. Rodrig. q. regul. tom. 3. q. 74. art. 4. vers. secunda ratio. dicens quod solum modo percipit fructus distinctos, & separatos à distributionibus quotidianis, quæ tantum personaliter interest præstantur. Et ex eadem ratione, & ejus identitate locum 79 habet in mortuariis, seu funerariis oblationibus, & aliis emolumentis, quia non veniunt appellatione fructuum, reddituum, proventuum beneficii, latè alias rationes adducens probat Moneta de distr. quast. 2. p. quast. 14. n. 22. Zerola. in praxi Episcop. 2. p. verbo, distributiones, ad fi. Cænedus in canon. quast. q. 5. n. 5. dicens, quod etiam si quis habeat privilegium à Summo Pontifice, ut possit in absentia percipere fructus, redditus, proventus, obventiones, & emolumenta sui canonicatus, seu etiam distributiones quotidianas adhuc non comprehendit mortuaria, sine anniversaria. Quod insuper & ex eo fulcitur, quoniam etiam ad 80 valorem beneficii, ut nuntius possit providere, considerentur, & computentur fructus rationalis residentie percipi soliti, & distributiones quotidianæ; tamen anniversaria, & funeraria incerta non computantur, nec considerantur, quia non connumerantur in fructibus ad valorem. Abb. in rubr. de Parochis n. 3. plures in id allegat Rota decisionis Nicolaus Garc. de benef. 5. cap. 3. à n. 153. & iterum n. 157. dicunt etiam Felin. in c. ad aures, n. 14. & Ripa n. 29. de rescript. Selva de benef. 3. p. quast. 9. n. 12. Rebuff. in praxi benef. tit. de congrua portione n. 83. & 85. de nominatione q. 9. n. 43. alias 45. Rota dec. 5. à num. 7. p. 2. divers. & Cesar de Graff. dec. 117. n. 12. Anchar. in clem. unie. de conf. præben. sub num. 62. vers. sed advertite, qui dicunt, quod licet ad hujusmodi valorem hæc incertæ elemosynæ, funerariæ, & emolumenta non computentur in fructibus, nec eorum appellatione veniant, ratione incertitudinis, tamen hoc limitari, quando incerta ista sunt solita locatori singulis annis pro certa quantitate, vel alias communiter redigantur, seu redigi possunt ad certam summam, nam tunc incerta ista rediunt certa, & computantur in valorem facultatis nuntii, saltem ut fructus, seu distributiones ratione personalis residentie percipi soliti. Et in terminis quod possessor beneficii per sententiam condemnatus ad restitutionem fructuum perceptorum, & percipiendorum, non teneatur restituere, solvere, nec relaxare distributiones quotidianas, quas ex sua residentia suos fecit condemnatus, nulloque modo debentur absentii, & non residentii, probant Man. Rodrig. quast. regul. q. 74. art. 4. vers. unde condemnatus. Rom. in l. sed & possessor. n. 5. ff. de jur. jur. Gambar. de off. & potestate legat. lib. 6. n. 34. Bvèrius dec. 340. n. 4. Moneta. de distr. 2. p. q. 6. Cæned. can. q. 1. n. 6. & probant etiam Decianus & Petrus Gregor. statim citandi, ultra

ultra quos latè est videndus plures Rotæ decisiones allegans Lancel. de attentat. cap. 3. p. 31. à n. 25. Quod idem esse dicendum in emolumentis incertis ut funeralibus oblationibus, ac elemosynis, & similibus, tenet & bene Nicolaus Garcia in tract. de benef. 7. 1. 6. p. c. 3. 121. & n. 1. 122. dicens quod etiam in aliis beneficiis, etiam parochialibus, non fit condemnatio fructuum, nisi proveniant ex decimis, primitiis, &c. per Rotam in una decisione Detrusen. parochialis 4. & 10. Maii 1582. quam etiam adducit ad litteram in aliud propositum in t. 2. p. 9. cap. 2. num. 233. quibus ita dicitur: Rerentis aliis decisionibus in causa factis, dubitavi; an, & in quibus fructibus Gaudiosus veniret condemnandus; & dubio bis proposito, domini pro majori parte firmarunt, ipsum teneri ad illorum fructuum restitutionem, quos & decimis, & primitiis rectori ejusdem Ecclesiæ debitis, à die mortæ litis ipse percipit, in hanc enim iuravit sententiam eo possitimum fundamento, quia hæc electio forma Concilii non servata, ut subreptitia, nulla, & irrita nullum jus aut justum possidenti titulum ipsi Gaudioso præbere potuit, ut clarè demonstrant Concilium Trid. sess. 24. cap. 18. & constitutio Pii V. super collationem parochialium: quia propter fructus absque dubio restituendi sunt; quod etiam sibi locum vindicasse, ubi Episcopus tantum sine ordine præcessisset. Afflicti. dec. 218. n. 5. Quomobrem cessare dicebatur objectam, quod licuerit Gaudioso dictos fructus, veluti bona fide, ac justo titulo perceptos, in proprios usus convertere, ad l. qui auctore, ff. de regul. jur. l. bona fide, ff. de acquir. rerum domin. & in c. gravas de restitutione spoliat. cum enim jus, hoc pacto dictæ electioni, ac provisioni resistat, visum fuit non esse hæsitandum, Gaudiosum prædictam restitutionem minimè evitare posse: Idem voluit Ab. in c. dilecto, de præben. n. 12. per Doctrinam B. in l. sed & si, ff. de peitione barect. quam uti pulchram sequitur Felin. in cap. 1. quarta n. 31. vers. tertia restitutio, de prescriptio, &c. Isthæc tamen nostræ quæstionis verissima, ut comprobata, resolutio nonnullas pati fallentias invenio. Et prima, ut tunc condemnatus per sententiam ad restitutionem fructuum beneficii non teneatur distributiones, adeæ glossa beneficii, ut secus sit dicendum, quando omnes beneficii fructus confluent in distributionibus, ne verba sententiæ inania reddantur; ita probant Decianus conf. 43. n. 16. voluum. 1. Petrus Gregor. in tract. de benef. part. 7. n. 1. Moneta de distr. 1. p. q. 6. n. 16. & iterum 2. p. quast. 10. n. 24. Cæne. in quast. can. quast. 1. n. 6. Et licet hoc casu, & aliis dicendis, quibus tenetur condemnatus ad distributiones, non tamen tenetur restituere, nisi quas percipit, siveque fecisse appareat ex residentia sua; at ea quæ ob ejus non residentiam, & interessentia, cæteris Canonicis accreverunt, restituere non tenetur, ut per Cenedum ibi, quod quidem verum esse censeo, nisi colligatis lite pendente legitimè fecerit protestationem possidenti, nempe, alternativè ut residet, aut dimittat possessionem secundum stylum Rotæ, qua tunc etiam distributiones non perceptas per eum ob ejus non residentiam, restituere tenetur, Puteus decisione 383. num. 7. lib. 1. Rota in una Lacenen. beneficii de Anfo. 16. Januar. 1577. coram Lanceloto, quæ habetur 1. p. divers. dec. 618. & optima etiam dec. 170. l. 3. divers. Lancel. de attent. 3. p. c. 31. à n. 17. Hier. Gonz. de alter. §. 7. proomials. n. 156. Nicol. Garc. de benef. 6. p. c. 3. n. 120. & 124. ubi alias decisiones allegat, & sic in casu, quo ad distributiones tenetur, protestatio possidentem obligat ad restitutionem etiam non perceptorum, ob non ejus interessentiam latè prosequitur, ultra, hos Doctores Lancel. de attentat. Salgado de Protect. Reg.

ta 3. p. 31. à n. 27. ubi explicat aliqua necessaria requisita, quæ præcisè continere debet hujusmodi protestatio ut aliter facta non profit. Secundo fallit nostra resolutio; quando agitur ex 91 brevi Camerali, de capiendi possessione beneficii reservati, & affecti Sedi Apostolice, quia tunc possessor intrusus cogitur pro brevi paritione, ad restituendas distributiones quotidianas ab eo perceptas, latissimè post alios & Rotæ decisiones Nicol. Garc. ubi proxime à n. 112. cum multis seqq. & Hier. Gonzal. §. 7. proomials. à n. 161. cum seqq. & superius, apud quos quomodo & quando, & de quibus fructibus, seu distributionibus, pro paritione brevis possessor restituere teneatur, reperies. Et tertiam aliam fallentiam scribit Lancel. ubi proxime à n. 25. supra, quam his addere potes, scilicet, quando attentatis lite pendente condemnatum (prout tenetur ad fructuum restitutionem) quia intelligitur de distributionibus etiam, ubi restatur de aliquibus Rotæ decisionibus, tenet etiam Castiad. dec. 6. n. 3. tit. de præben. Thomas de Thauis dec. 49. incipit Capitulum Forliviense, Anton. August. dec. 11. incipit præsupposita lib. 2. Hinc & in illam labimur, ut celebrem accipiem 93 discutiendam quæstionem; an exequutor datus ad rei restitutionem, vigore executorialium excedere dicatur fructus etiam rei parti victrici solvere compellens cum in sententia eorum expressa mentio non fiat. Et quod excedat, videtur manifestè probari, quoniam sententia est stricti juris, & tantum disponit, quantum loquitur, ut per Decium in l. jus nostrum n. 11. de reg. jur. 94 Gazar conf. 50. num. 11. Socin. Junior. conf. 181. n. 67. lib. 2. Cravet. conf. 188. num. 11. 6. Menoch. conf. 80. n. 39. nec ea plus probatur, quam ex ea necessarior inferatur. Alexand. conf. 32. num. 44. l. 1. Cardin. Tule. pract. 95 concl. tomo 7. litera S. concl. 121. nu. 57. & num. 95. & seqq. Menoch. conf. 110. num. 17. & seqq. & n. 16. Alex. conf. 123. discussus n. 7. l. 4. Decius conf. 238. de duob. col. fin. Fulgol. conf. 140. præsuppon. col. penult. vers. ad secundum. Decius in l. 1. ff. de off. ejus Cast. conf. 441. num. 5. in fin. lib. 2. nec continet nisi id, quod in ea reperitur expressum. Roland. à Valle conf. 79. num. 17. lib. 2. plenius conf. 17. à n. 6. & seqq. Et propterea sententiam merito strictam interpretationem recipere, probant text. in l. 1. C. si plures una sententia & l. si iudex, ff. de iis qui sunt sui vel alieni juris, notat B. in l. Jul. n. 5. de conditione indebiti. Decius in conf. 83. n. 4. optimus text. in l. divi ff. de liberali causa l. si apte ff. de exceptione rei jud. idem Bart. in l. si expressum, col. 2. ff. de appel. Capol. in l. 1. ff. de verbor. signific. n. 151. Covarr. var. resol. lib. 3. c. 5. in fin. cuius quidem verba ideo sunt strictè accipienda. Joan. de Anania conf. 18. visa sunt in prin. Alex. conf. 174. oportune n. 2. l. 2. & conf. 108. viso proces. n. 1. §. plenè conf. 49. in causa in prin. l. 7. & conf. 146. visa n. 2. ubi additio. in verbo stricta, plures adducit concordantes l. 7. Roland. à Valle conf. 79. num. 10. & seqq. lib. 3. Decian. conf. 8. num. 108. lib. 1. Decius conf. 107. n. 7. Cravetus conf. 188. num. 6. Curtius Junior. conf. 153. in fin. plenè Menoch. de conf. 110. lib. 2. à n. 13. Ill. conf. 98. acced. col. fin. lib. 1. Alex. conf. 174. num. 2. l. 2. conf. 46. l. 1. Socin. conf. 139. l. 1. Capol. conf. 57. Decius in l. 1. ff. de off. ejus. Rota noviss. dec. 37. diversor. Et hinc est ut sententia qua quis condemnatus est ad fructuum perceptorum restitutionem, non trahitur ad illos, qui percipi poterunt. Roland. à Valle conf. n. 23. cum seqq. lib. 4. Cardinal. Tule. ubi supra num. 94. ergo sequitur evidentè, quod cum de fructuum restitutione simul cum ipsa restituenda, nihil reperitur scriptum, & expressum in sententia, excedet exequutor, ad illorum præstationem condemnatum compel-

100 compellendo, quiddam si quidem in condemnatione...

101 Quod & eo corroboratur, namque fructus longe...

102 Insuper & pro hac parte expendo textum (qui in...

Sed nihilominus his non obstantibus, contrarium...

Nam restitutio est in pristinum statum repositio, seu...

103 num. 8. ubi quod res ideo non dicitur restituta, dum...

104 de expens. & meliora. c. 23. num. 55. dum dicit, quod de...

105 intelligenda est prout diximus, quando alias ex natu...

ra actionis, & de jure veniunt, & debeantur fructus...

Ratio autem, quae novit Bal. & si quaces, elegans...

quod in hac rem Praetor dixit, plenam habet signifi...

108 redintegratio, l. quod si minor, & restitutio, ff. de minor. l. restituer...

109 ff. si ibi restituit, non tantum qui corpus, sed etiam qui...

110 & sic eadem in sententia rem restitueri mandante at...

111 Et hac sic fulticia opinione tenent, ut exequutor...

restitutionem est condemnatus, licet de fructibus nula...

114 Et licet in nostra principali resolutione Covar. ubi...

115 An vero quantum attinet, ut in sententia expressa...

116 fiat eorum mentio; intellige, quando aliter actor de...

117 ut per Paul. Cast. in l. n. 1. C. quando probro. non esse necesse...

118 Nam verba temper recipiunt interpretationem, ac 126...

rem actori, ergo necessario supponit, ut verbum (refi...

120 Quibus sic suppositis, restat satisfacere ad ea omnia...

121 idem Decius in c. cum ordinem col. 2. & in c. sedes de rescript...

122 Et hinc est, ut ex verbis sententiae non possimus ali...

123 Nam verba temper recipiunt interpretationem, ac 126...